

consentientibus id sunt Alberto, & Joannes presbiter gg., seu Aruini cosinis meis in eorum presentia, vel testium certa facio professionem, quod nulla me pati violenciam ad quopiam omine nec & ab ipso jugale, & Mondoaldo meo, nisi mea bona, & spontanea voluntate accepisse in nos ipsis jugalibus comuniter sicuti & in presencia testium accepi ad te Martinus presbiter filius quondam Joanni argentum per denarios bonos, solidos novem & denariis quinque finitum pretium, sicuti comuniter nobis bona voluntate conveni, & pro pecia una de vinea cum area sua, & pecias quatuor de pratis juris nostri quam abere visi sumus nos in loco, & fundo vel teritorio (*territorio*) Cantavena, pecia de vinea cum arca sua jacet ad lacus (*locus*) ubi dicitur subtus Basilica est pro mensura justam tabulas quinquacinta & octo coeret de una parte Alberti, & Joanni presbiter gg., & de alia parte Grosfoni de tertia parte in via prima pecia de prato jacet ad Fontana est pro mensura justa tabulas novem coeret ei de duabus partibus Alberti, & Joanni presbiter de alia parte Grosfoni, de quarta parte sancti Petri. Secunda pecia de prato jacet ibi prope, est pro mensura justa tabulas duodecim, coeret ei de una parte suprascripti Alberti, & Joanni presbiter gg. de alia parte Grosfoni, & de duabus partibus sancti Petri. Tercia pecia de prato ibi multum non logne (*longe*) est pro mensura justa tabulas tres coeret ei de una parte Ansolberti, de alia parte Grosfoni, de tertia parte sancti Petri. Quarta pecia de prato jacet in Rovoreto, est pro mensura justa tabulas tres coeret ei totum incinctum sancti Petri, & si amplius infra scriptas coerentias, plus inventi fuerit, quam ut supra mensura legitur, per hanc cartam, & pro eodem precio in tuo melius (*tuum*) dictus Martinus presbiter, & credibus tuis, aut cui tu dederis, persistant potestatem proprietario juri, si ibique alii sunt in is omnibus coerentes. Convenerunt supra scriptas pecias una de vinea cum area sua & supra scriptas pecias quatuor de pratis juris nostri, in eodem loco, & fundo Cantavena supra nominatis una cum accessionibus, & ingressoras (*ingressibus*) earum, cum superioribus, & inferioribus earum rerum, qualiter supra mensura, & coerentias legitur in integrum ab hac die, tibi dictus Martinus presbiter pro supra scripto precio, argento vendimus, tradimus, & mancipamus nulli alii venditis, donatis, alienatis, obnoxiatis (*obligatis*) vel traditis, si (*nisi*) tibi, & faciamus nos (*faciatis vos*) & inde a presenti die tu, & credibus tuis, aut cui tu dederis jure proprietario nomen (*eorum*), quidquid volueritis sine omni nostra, & eredum nostrorum, contraditione quidem, & spondimus adque promittimus nos eorum supra Eldeprandi, & Tetani jugalibus, una cum nostris eredibus tibi dictus Martinus presbiter, tuisque eredibus, aut cui tu dederis supra scripta venditione qualiter supra legitur in integrum ab omni homine defendere, quod si defendere non potuerimus, aut si vobis exinde aliquot (*aliquod*) per quod vis genium (*ingenium*) subtrahere quaesierimus, tunc in dublum eadem vendita, ut supra

legitur vobis restituamus, sicut pro tempore fuerint melioratis (*meliorata*), aut voluerint (*valuerint*) sub estimatione in consimile locis, & nihil nobis expressum precium aliquod redeberis (*reddere debetis: hic aliquid deest*) diximus roborandum actum in prato, que dicitur Fontana feliciter.

Signum | | | manibus praedictorum Eldeprando qui & Bonefilia, & Teta jugalibus, qui hanc cartam vendicionis, & pro Dei amore rogaverunt, & supra scriptorum precio acceperunt, & ipse Eldeprando eidem Tetani conjus sua ad omnia supra scripta consensi, & eorum (*eis*) relecta est.

Signum | | | manibus supra scriptorum Alberto, & Aruinus cosina suorum interrogaverunt ut supra.

Ego Joannes presbiter quae eidem Tetani cosina sua interrogavi, ut supra.

Signum | | | Algosi, & Atoni, seu Adami testibus. Ego Albertus Notarius Sacri Palatii scriptor cartam vendicionis post tradita complevit, & dedit.

(1) *Indictio denotat annum 1006., sed regni epocha annum 1007. Nam juxta Muratorium fuit Henricus electus Rex Italiae pridie id. maii, & coronatus XVI. Kalendas junii. Hinc IV. Kalendas majas Ind. IV. erat annus secundus Regni ejus, non tertius, ut praefert haec autographa membrana. Haec autem consideranti in mentem veniunt duae chartae a Muratorio prolatae ad I. annum 1004. in quibus notatur Henrici annus secundus, item alia ad annum 1005. 8. Cal. junii, addita epocha anni tertii regni ejusdem. Sed quod maxime interest Terraneus chartas aliquas ex archivio Astensis capituli edidit part. II. p. 53.-4. Adel. Illustr., in quibus Regnum Henrici in Italia biennio indictione minor est. Muratorius, quasi erratum a notario fuisse, difficultatem dissimulavit. Terraneus expresse adfirmavit mendam a notario commissum. At mea haec charta, quam autographam putavit harum rerum peritus Cl. J. B. Vascus, qui humanissime eam mihi mutuavit, quaeque cum aliis a Muratorio, & Terraneo productis consentiens videtur, legitimam justamque esse illarum lectionem convincit. Caeterum ut haec inter se concilientur, duae Italici Regni epochae sunt distinguendae, altera an. 1003., quo proceres Italici Henricum in Germania versantem invitarunt ad Italicum Regnum capeffendum: altera an. 1004. quo reapse possessionem regni adeptus sit. Secus enim horum monumentorum epocha nulla ratione poterit explicari; neque enim Italiae, neque Germaniae Regni annis congruere potest.*

Venditio castri Lesegni facta a Magnifredo Marchione Ayfredo Praebitero.

M X I I I.

In Dei nomine Cariniani in sala propria Alrici Episcopi, & Olderici, qui & Magnifredi Marchio germani. Data licentia in judicio residebat Adelbertus judex, & missus D. Imperatoris ad justitiam faciendam, & deliberandum. Residentibus cum eo Ayfredus Hieronimus Bonus Filius Grimaldus Ademejrus Judices sacri Palatii, & alii plures. In quorum praesentia Ayfredus praebiter filius quondam Rodulphi una cum Oddo advocato suo, &